



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De miranda instauratione Ecclesiæ, & vocatione Doctorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

*tis in promissione & obedientis Deo in uocatione.*

*IIII. Confessio Abrahæ fugientis idolatriam, & deserentis patriam in qua cultus idolorum defendebantur.*

*V. Exemplum Tolerantiæ Abrahæ in perferendis ærumnis eorum & alijs periculis.*

*I. Locus.*

*DE MIRANDA CONSERUATIONE Ecclesie & missionis Doctorum.*

*Etsi Ecclesia Dei exiguus coetus est, oppressa Mundo, miser, & uerè, ut Daniel uocat, dispersa. Tamen miranda Dei bonitate semper conseruata, & subinde instaurata est, excitatis Doctoribus, qui errores & idola taxauerunt, & repurgatam doctrinam propagauerunt, ut Paulus inquit, Sedit Deus ad dexteram æterni Patris, & largitur uerbum hominibus, quæ ut impertiat, excitat Pastores, & flores, Prophetas &c.*

Estq; continua successio talium Doctorum & instauratorum Ecclesie, qui, ut in acie prioribus decedentibus, mox alij in horum uestigia insistant, sic continuato ordine sibi succedunt. Nota est autem ex Capite Quinto & Vndecimo series primorum Patrum, qui duobus milibus annorum Ecclesiam reuerunt. Nunc anno Mundi 2025. cum pleraq; gentes oblita essent ueram doctrinam, & passim idola colerent, Vocatus est Abraham, ut collapsam in Palestina Ecclesiam instauraret, & doctrinam promissionis de Christo propagaret. Agamus autem DEO gratias; quod hos summos Ecclesie duces excitauit, quod per eos fuit efficax, & restituit & auxit Ecclesiam, quod addidit eis sua testimonia, & quod tradidit nobis uerbum, per quod impertit uitam eternam. Oremus etiam ut deinceps Ecclesiam apud nos excitatis salutaribus doctoribus, & repressis hostibus Euangelij seruet & gubernet.

## II.

ENARRATIO PROMISSIONIS de CHRISTO tradite Abraham, In Semine tuo benedicentur omnes Gentes.

T = Fons